

& potius eligi subire incommoda, quam se in periculo eum negandi constitueret.

XVI. Sed dices. Apostoli quando in Passione Christi fuge se detulerunt, vere Christum erubuerunt, & eorum fuga fuit virtutis Christi negatio; ergo similiter Christianus in persecutione fugiens &c.

XVII. Respondet primo. Non esse certum, Apostolos tunc peccasse contra fidem; licet forte venialiter peccaverint ob nimiam pusillanimitatem, & defectum promissionis. Dato tamen ant. nego conf. Quia si Apostoli directe, vel indirecte peccaverunt contra fidem; ideo fuit, quia vacillaverunt in fide, & circa Christi promissa, Personam, & divinitatem; vel quia gravi scandalo fuerunt Judæis, qui ex eorum fuga confirmati in prava opinione de Christo, magis eum credebant Pseudopropheta. Qui autem Christum in his circumstantiis fugerent, nos quoque credamus. Sed resolutio nostra procedit absolute, & ex terminis.

XVIII. Ad Confir. nego absolute min. Christus enim persecutionem aliquando fugit, nec tamen passus est inconstantiam. Fugimus, ut meliori tempore nos reservemus, ne temere vitam projiciamus. Deinde inconstantia, alia est de presenti, alia de futuro. Inconstantia de presenti reum facit: quæ autem solum est de futuro, quia scilicet quis sibi timet dum in medio malorum fuerit, non facit reum: imo tenemur hanc præcavere: præcavere autem, qui per fugam subtrahit se a periculis.

XIX. Tertio objicitur. Eadem proportionalis est ratio de

ovibus, ac de Pastore in casu persecutionis, & materia fidei. Sed, ut diximus in secunda Assertionem, Pastori non licet fugere; ergo &c.

XX. Respondet, nego maj. Alia enim est ratio de ovibus quantum ad hoc, ac de Pastore. Ovibus enim particulatibus non est tanta obligatio persistendi; quia non incumbit eis ex officio cura spiritualis aliorum, qui ex eorum fugam animæ pati possent. Pastores autem, quibus cura ovium commissa est, debent, si necessitas urgeat, animam suam ponere pro ovibus suis. Quia tamen Deus unicuique mandavit de proximo suo; ideo aliquando accidere potest, ut aliqui oves permanere teneantur: quia possunt esse necessitate ad aliorum conservationem in fide, vel ratione auctoritatis, vel doctrinæ, vel sanctitatis. Ceterum quando necessitas non urget, & expedit majori utilitati gregis; ut Pastor reservetur; tunc etiam Pastor potest, & debet fugere, & se occultare. Et ubi plures sunt Pastores, aliqui possunt, ac debent fugere, ne simul omnes pereant, & ex grege remaneant, sine Pastore relinquatur; & inter istos, qui magis necessarii, & utilis erit, ut reservetur pro majori bono in futurum, ista reservari debet per fugam. Ex ratione servi David 2. Reg. 18. v. 3. rogaverunt eum, ne egredere ad prælium contra Absalon, sed maneret in civitate prædixit: qui tu unus pro decem milibus computaris. Qui autem magis idoneus reputabitur, ut subsistat perfectionem, & retineat oves, ne deficiant, hic manere debet.

# TRACTATUS DECIMUS. DE INFIDELITATE.



Uia oppositorum eadem est disciplina; ideo tractatus de fide statim subjungimus tractatum de infidelitate illi opposita. Non loquimur tamen de infidelitate opposita fidelitati, quæ videlicet quis non fiat promissis; unde Ecclesiast. 5. vers. 3. Si quid quæst. Dico, ne moveris reddere, displicet enim ei infidelis & fultus promissio; & mulier, quæ violat fidem, per promissionem datam marito, dicitur infidelis. Sed loquimur de infidelitate opposita fidei divine, de qua supra tractavimus.

## QUESTIO I.

Infidelitas quid sit, & quomplex.

Infidelitas fidei divine opposita, secundum S. Thom. 2. 2. quæst. 16. art. 1. contingit dupliciter. Primo secundum partem negationem; quo pacto dicitur quis infidelis ex hoc solo, quod non habeat fidem; unde vocatur infidelitas negativa, qualis est in eis, qui, vel nihil de fide audiverunt, vel non taliter, ut ad eam suscipiendam sint obligati. Secundo modo, per oppositionem ad fidem, & dicitur infidelitas privativa, vel positiva: & hæc infidelis dicitur, qui repugnat auditui fidei, vel fidem contemnit. De infidelitate negativa hic non agimus, sed de privativa, sive contraria, quæ tripliciter potest evenire, vel pure privative: & hæc est carentia fidei in eo, qui potuit, ac debuit credere, sed non voluit, etiam si nullum habeat errorem positivum in intellectu: ut in eo qui non credit, Deum esse incarnatum. Vel positive, & contrarie: & hæc est in eo, qui non solum non credit veritatem fidei, sed formaliter asserit errorem oppositum: ut in eo, qui credit, & sustinet, Deum non esse incarnatum. Vel per hoc, quod vacillet, & dubitet circa ea, quæ fides dicit, vel falso opinando, vel suspicando, seu pro suspecta habens, veritatem fidei: vel naturaliter se habens, neque assensuendo, neque dissentiendo his, quæ fides dicit. Cum enim divina fides firmum, ac certum exigit assensum; hoc ipso, quod aliquis non certo assensu, sed dubitat, infidelis est: dummodo tamen sciat, id, de quo dubitat, esse ab Ecclesia, ut de fide statutum, & adhuc deliberate pertinaciter dubitare velit; ut, post alios, Albertus de Incons. in fide part. 1. cap. 7. num. 5. De infidelitate ergo sic explicata sermo erit in hac, & sequentibus questionibus.

## DUBIUM I.

An infidelitas negativa sit peccatum?

### §. I.

Resolutio Dubii.

Dico. Infidelitas pure negativa, modo supra explicata, non est peccatum. Hanc veritatem contra Janseum firmavimus Tom. I. in 1. part. tract. de Volunt. Dei quæst. 2. §. 5. a num. 44. Nunc autem probatur primo ex illo, Jo. 15. v. 22. Si non venissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent; sed eis, qui infideles sunt negative, Christus nec per se, nec per suos ministros locutus est mysteria fidei, ut supponimus; ergo peccatum infidelitatis non habent. De hoc

enim peccato solo intellexit Christum; fatetur S. Aug. tract. 89. in Jo. Ubi quærens de his, ad quos venit Christus, nec locutus est eis (per se scilicet, vel per suos ministros) utrum excusationem habeant de peccato suo: respondit: Habere illorum excusationem, non de omni peccato suo: sed de hoc peccato, quo in Christum non crediderunt, ad quos non venit, & quibus non est locutus. Quod repetens quæst. 52. in Deuter. Peccatum (inquit) non habere, non videtur omne, sed hoc peccatum, quo non crediderunt in eum. Et Epist. 105. modo 194. ad Sixtum cap. 6. ait: Ipsa ignorantia in eis, qui intelligere noluerunt, sine dubitatione peccatum est: in eis autem, qui non potuerunt, peccata peccati. Videatur quæ diximus Tom. I. in 1. part. quæst. 8. de Peccat. Orig. dub. 2. §. 3. num. 22. & in 1. 2. tract. de Ali. Human. quæst. 1. de Voluntario, dub. 7. §. 5. n. 27. Quæ omnia claudit S. Th. hac quæst. 10. art. 1. dicens: Infidelitas si recipitur secundum partem negationem, sicut in illis, qui nihil audiverunt de fide, non habet rationem peccati, sed magis pena; quia talis ignorantia divinarum ex peccato primi Parentis consecuta est. Quare merito S. Pius V. hanc Baji Prop. 68. expunxit: Infidelitas pure negativa in his, quibus Christus non est prædicatus, peccatum est. II. Prob. Secundo ex Apost. Rom. 10. v. 14. Quomodo credent ei, quem non audiverunt? Quomodo autem audiverunt sine prædicante? Ex quibus formatur ratio. Infidelis negative est ille, qui cum nihil audivit de Christo, & ejus fides, non potest credere: cum enim mysteria fidei, utpote supernaturalia, lumine rationis, & naturali discursu nequam cognoscit, debent exterius proponi, vel interius inspirari: unde qui omni illustratione tam interna, quam externa per prædicationem destitutus est, non potest ea credere; sed nemo peccat omitendo id quod non potest facere, & ignorantia invincibilis a peccato excusat; ut contra Janseum statutum citato Tom. I. in 1. 2. q. 1. de Voluntario dub. 7. a §. 4. ergo &c.

### §. II.

Solutio argumentorum.

III. Objicitur primo. Ignorantia, quæ habet causam voluntariam est, & culpabilis: sed ignorantia fidei habet causam voluntariam, nempe peccatum primi Parentis, in qua omnes voluntarie peccaverunt; & quo demeruerunt justè privari cognitione fidei: & etiam peccata personalia actualia præterita; quæ si homo non commisit, sed fecisset quod in se est, servando, vel proponendo servare legem naturæ, Deus illuminasset ipsum de necessitate ad credendum; ergo &c.

IV. Confirmatur primo. Si quis in prenam præcedentem peccatorum privaretur omni auxilio sufficiente, ita ut non posset legem implere, adhuc non excusaretur a transgressione legis; ergo similiter si quis in peccam originali, vel actuali peccati privetur illuminatione fidei, non excusabitur &c.

V. Confirmatur secundo. Docet S. Thom. Quæst. 3. art. 10. Non posse dari ignorantiam invincibilem juris divini circa ea, quæ sunt de necessitate salutis: sed fides aliquorum mysteriorum est de necessitate salutis; ut diximus; ergo circa illa &c.

VI. Respondet primo. Maj. veram esse ignorantiam, quæ habet causam voluntariam voluntate propria præterita; non autem de ea, quæ est voluntaria tantum voluntate naturæ; qualis est ignorantia orta ex peccato originali, ut diximus Tom. I.

Tom. I. in 1. 2. q. 1. de Voluntario, dub. 7. §. 5. n. 55. — Respondet, secundo, dist. maj. Ignorantia, quæ habet causam voluntariam, est voluntaria, si sit prævia, conc. maj. si non sit prævia, nego maj. Cum enim ignorantia, & alii defectus sequantur ad peccatum, per modum pœnæ; & de ratione pœnæ sit, quod voluntati repugnet, ut docet D. Th. 1. part. q. 48. art. 5. non sequitur, quod si peccatum est voluntarium, voluntaria sit etiam pœna, nempe ignorantia, nisi sit prævia ex peccato factura; tunc enim licet peccatum est voluntarium ita pœna ex eo secuta, est voluntaria. Et hæc ratione privato justitiæ originalis est voluntaria, & peccatum, quia prævia fuit in illa comminatione: Quæcumque die comederis ex eis, morte morieris. Cum autem ante peccatum originale, five actuali prævia non fuerit carentia illuminationis de rebus fidei; sequitur quidem, quod sit effectus peccati, non tamen peccatum: sicut fomes, & alia penalitates naturæ corruptæ sunt pœnæ, & effectus peccati, non tamen peccatum. Similiter, Ego, si homo actualiter contra legem naturæ non peccasset, Deus illum illuminasset de rebus fidei: hoc fuisset donum Dei ex pura sui misericordia. Unde carentia talis illuminationis non est voluntaria, & peccatum in eo, qui contra legem peccavit: quia dum profus ignorat res fidei, non cognoscit, talem esse ordinem divinæ misericordie, ut facienti quod in se est, vel non ponenti obicem Deus det gratiam illuminationis; non facienti autem eam neget. Sicque est non facit, & ideo ignoret, non sequitur, quod ignorantia sit illi voluntaria, & culpabilis: quia ab illo, qui nil audit de fide non potuit prævideri.

VII. Ad primam Confir. dico, ostensum esse Tom. I. in 1. part. tract. de Voluntate Dei q. 2. dub. 3. neminem, quamvis infidelem, oblinatum, obsecratum, dum est in hac vita, privari omni auxilio, etiam remoto, sufficiente ad servandum legem. Quod si privaretur, esset excusabilis, & non peccaret.

VIII. Sed dices. Si ergo homo quilibet, est infidelis, habet auxilium sufficiens, quilibet homo poterit, & tenebitur credere; ergo, si non credit, non excusabitur, nec erit infidelis solum negative.

Nego primum illatum. Non enim cullibet homini, & pro quolibet tempore datur auxilium proximè sufficiens ad credendum, maxime infideli; sed tunc solum quando instat obligatio credendi: hæc autem non est, nisi quando ei fides proponitur. Quare ei, cui fides non est proposita, non est collatum auxilium sufficiens, nec tenetur ad credendum.

IX. Ad secundam Confir. dico, S. Thom. non negare ignorantiam invincibilem juris divini supernaturalis in eo, qui nunquam audivit de fide; sed in eo, qui audivit de fide a magistro falso, puta Ario, vel Nestorio; hic enim si audivit aliquid, quod judicet, vel sibi videatur, ut suspicetur esse contra Evangelii veritatem, tenetur non quiescere; sed veritatem indagare, alios consulendo.

X. Objicitur secundo. Saltem circa materiam juris naturalis non potest dari ignorantiam invincibilem: sed fides fide extendit etiam ad ea, quæ juris naturalis sunt; ut quod Idola non sint colenda, & unus Deus; ergo si quis adoret Idola non excusabitur.

Rursus: qui semel edoctus, & instructus est, non excusatur, si non credit: sed omnes homines in primo instanti usus rationis edocentur interius a Deo tali instructione, ut vi illius possint converti ad fidem; ut docuimus cum D. Thom. Tom. I. in 1. part. q. 1. dub. 2. §. 2. & tract. de Volunt. Dei, q. 2. dub. 3. §. 2. & §. 5. ergo si non credunt, non excusantur.

XI. Respondet, circa questionem: an dari possit ignorantia invincibilis juris naturalis: videnda esse, quæ diximus Tom. I. in 1. 2. tract. de Ali. Hum. q. 1. de Voluntario dub. 7. §. 7. Nunc dico, quod esse dari nequit ignorantia invincibilis de hoc præcepto: non esse colenda Idola, sed unum Deum auctorem naturæ: quod tamen hic unus Deus sit etiam auctor gratiæ, & gloriæ, potest invincibiliter ignorari ab eo, qui nil unquam audivit de fide; sed interiori illustratione edoctus fuit de mysteriis, quorum fides necessaria est ad Deum auctorem gratiæ, ut oportet, colendum. Cum enim præceptum fidei sit præceptum positivum, non obligat eos, quibus non est promulgatum. Ad id, quod addit, respondeo, ex dictis, præcipue Tom. I. in 1. 2. q. 3. de Pecc. Mortali, & Veniali, dub. 5. §. 3. n. 25. veram esse maj. si illius primæ illustrationis recordetur: non autem si illius, crescente ætate, naturaliter oblitus sit; ut perinde se habeat, ac si illam nunquam habuisset. Cum vero homo, esto in primo instanti usus rationis a Deo instructus interiori illustratione de fide (& pro tempore obligatus ad credendum) progressu tamen temporis, illustrationis habitus in ætate adeo tenere obliviscatur, eum non amplius obligat, ac si nunquam illum habuisset: sicut quis peccati commisit ita naturaliter oblitus potest, ut illud confiteri non teneatur.

## DUBIUM II.

An infidelitas privativa sit peccatum?

### §. I.

Resolutio Dubii.

Dico. Infidelitas privativa, ejus nempe, qui fide sufficienter sibi proposita, eam non accipit; vel contraria, ejus nempe, qui errorem fidei contrarium pertinaciter sustinet, semper peccatum est. Prob. primo. Quia nemo condemnatur, nisi propter peccatum; sed qui non creditur, contra

demeritur, Marci ult. v. 16. Et qui non credit, jam judicatus est, Joann. 3. v. 18. ergo infidelitas peccatum est.

Secundo. Christus supra citato loco, Joann. 15. vers. 22. Si (inquit) non venissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent: nunc autem (quia veni, & locutus sum eis, & non crediderunt) excusationem non habent de peccato suo: sed infidelitas eorum, quibus Christus locutus est, & non crediderunt, est infidelitas privativa; ergo hæc peccatum est.

II. Probatur hoc discursu. Quicumque non vult obedire præceptis pertinentibus ad gradum suum, & recusat subijci eis, peccat, sed homo per infidelitatem privatam recusat subijci præceptis pertinentibus ad gradum supernaturalem, ad quem natura rationalis est elevata, quæ sunt credere, sperare, & diligere: ergo per infidelitatem peccat. Maj. explicatur. Tum quia: quilibet tenetur subijci præceptis spectantibus ad suum gradum; rusticus præceptis legis agraria, Miles præceptis militiæ &c. Tum etiam a pari: si homo recusat subijci præceptis spectantibus ad gradum vegetativum, aut sensitivum, aut rationalem naturalem; nolens manducare, moderari passiones, & juste, seu virtuose vivere, cetera peccat: quia recusat subijci præceptis spectantibus ad illos gradus. Et si omnes Civis essent evecti ad gradum nobilissimum, & nolent præcepta regia spectantia ad statum nobilissimum acceptata, jam rei criminis essent; ergo &c.

### §. II.

Satis Objicitur.

III. Primo objicitur. Omne peccatum est contra naturam; sed infidelitas non est contra naturam; ergo &c.

Maj. patet ex probatis Tom. I. in 1. 2. tract. de Virtut. & Pecc. q. 1. dub. 2. Min. prob. habere fidem non est iuxta naturam: homo enim non habet fidem, ut homo est, sed ut Fidelis est. Unde August. lib. de Prædest. Sancto. c. 5. Pesse (inquit) habere fidem, sicut habere charitatem, natura est omnium hominum: habere autem fidem, quemadmodum habere charitatem, gratia est factum; ergo &c.

IV. Respondet D. Thom. cujus est hoc argumentum hac quæst. 10. art. 1. ad 1. Quod habere fidem non est in creatura humana; sed in natura humana est, ut mens hominis non repugnet interiori inclinationi, & exteriori virtutis prædicationi. Unde infidelitas secundum hoc est contra naturam.

V. Sed contra est. Fides divina est supra naturam: sed nemo peccat nolendo, aut repugnando bonis; quæ sunt supra naturam suam, etiam oblati; unde rusticus nolens acceptare civilitatem, aut civis recusans ascendere ad nobilitatem ei oblatam a Rege, non peccat, ut modo abist contemptus; ergo pariter homo, salva Dei, & donorum suorum reverentia, potest ea nolle, volendo manere in solis bonis suis naturalibus, & sic nolendo fidem, non peccare. Si dicatur, peccare; quia adest præceptum de non recufanda fide: Qui vero non creditur, condemnabitur, Marci ult.

VI. Replicabis. Injuste præcipitur alicui, ut ascendat ad gradum altiore: unde injuste præcipitur alicui, ut ascenderet ad gradum nobilissimum; ergo &c.

VII. Respondet, disparitatem esse inter Regem humanum, & Deum: quod Rex humanus non potest hominem evehere ad statum nobilissimum, absque ejus voluntate. Deus autem sicut condidit nos sine nobis, ita nos sine nobis evehit ad statum nobilissimum supernaturalis, sciendo nos sine nobis esse confortes. Sicut ergo (& in hoc, exemplum pro nobis est) supposito, quod familia aliqua evehitur ad statum nobilissimum, omnes, qui ex ea sunt, vel nascuntur, tenentur subijci præceptis Regis spectantibus ad illum statum: ita cum natura humana in Adam elevata fuerit ad ordinem supernaturalem: omnis homo, qui in ea nascitur, tenetur præceptis supernaturalibus subijci, quorum primum est de fide, cui si non velit subijci, peccabit.

VIII. Secundo objicitur. Omne peccatum ad aliquid ex septem capitalibus vitiis reducit, ut docet S. Thomas 1. 2. quæst. 84. art. 4. sed infidelitas ad nullum ex illis reducit; ergo &c.

IX. Respondet S. Thom. hac quæst. 10. art. 1. ad 3. Quod infidelitas, secundum quod est peccatum, oritur ex superbia, ex qua contingit, quod homo intellectum suum non vult subijcere regulis fidei, & sano intellectui Patrum. Sed quia hoc videtur convenire soli infidelitati hæresis: ideo aliter respondet S. D. ibi. Quod sicut virtutes theologice non reducuntur ad virtutes cardinales, sed sunt priores eis, ita etiam vitia opposita virtutibus theologice non reducuntur ad vitia capitalia.

X. Tertio objicitur. Nullum datur præceptum de fide; ergo infidelitas, quæ quis recusat credere, non est peccatum: quia ex Apostolo, Rom. 4. v. 15. Vbi enim non est lex, nec prævaricatio. Ant. prob. De fide nullum est præceptum in lege nova, nec in veteri, aliis ostendatur.

XI. Respondet, nego ant. Ad prob. dico, in lege nova habetur præceptum credendi, Marci ultimo, v. 16. Qui vero non creditur, condemnabitur. Et Hebr. 11. v. 6. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remuneratur sit. In lege autem veteri fuisse præceptum credendi, colligitur ex Apostolo citato loco: ubi per inductionem ostendit, omnes, qui in lege veteri iusti fuerunt, iustificatos fuisse per fidem. Unde observat D. Thom. ibi lect. 2. Quod post peccatum primi Parentis nemo potuit salvari a reatu culpa originali, nisi per fidem Mediatoris. Sed ista fides diversificata est, quantum ad modum credendi, secundum diversitatem temporum, & locorum.

Resolutio Dubii.

I. Deo. Tres sunt species infidelitatis, Paganismus, Judaismus, & Haereticus. Ita communiter Theologi cum S. Thoma hac q. 10. a. 4. quod tamen notat: quod species infidelitatis distinguuntur per tres, scilicet per errorem, per contumaciam, & per haereticum errorem, qui circa res fidei in diversis consistunt; hoc est, secundum erroneam iudicium, quae circa propositiones fidei a diversis formari possunt. Et hoc modo indeterminatae, & promodum infinite contingere possunt deviatio a regula: Et secundum hoc non videtur, puta temperantia, vel fortitudinis opponuntur virtutibus; secundum quod infidelitas motus coniungit, diversis circumstantiis virtutis corrumpit, ut a rectitudine virtutis recedat. Unde & Pythagorici malum postulerunt infidelitatem. Et in hoc sensu dicit August. l. de Haer. circa finem; possunt errores in infinitum multiplicari. — Alia modo species infidelitatis distinguuntur ex parte reitentiae, & habitudinis ad fidem, qui contrariatur: & sic tres sunt species infidelitatis supra assignatae.

II. Probatur ergo ratione S. Thomae sic. Peccatum infidelitatis consistit in renitendo fidei: sed hoc potest contingere tripliciter: ergo &c. Maj. probatur. Vel enim quis renititur fidei, quam nunquam suscepit; & sic est Paganismus: vel fidei susceptae in figura, & sic est Judaismus: vel fidei susceptae in manifestatione veritatis, & sic est Haereticus. Paganus enim suos errores amplectitur cum totali reitentia ad fidem, cuius nihil vult credere. Judaeus autem, esse non renititur fidei umbrae, & figurae, renititur tamen manifestationi fidei, cum negat, umbras, & figuras fuisse in Christo manifestatas, & impletas. Haereticus autem, esse suscipit fidem in Christo manifestatam, eam tamen non vult suscipere, ut proponitur ab Ecclesia, sed ut proprio, ac privato iudicio eam sibi imaginatur.

III. Ex dictis patet, quod licet haeretici in multis errant, & inter se dissentiant: errores tamen eorum solum materialiter in ratione infidelitatis distinguuntur, sicut & veritates, in quibus errant, formaliter vero conveniunt: quatenus omnes haeretici, eorumque errores in reitentia fidei Evangelicae, ab Ecclesia proponitur, concordant. Similiter, licet omnes infideles, Paganus, Judaeus, & haeretici unum, atque eandem materialiter errorem proficiantur, puta, Deum non esse Unum, & Trinum: hic tamen error formaliter in illis diversus est: quatenus in Paganis oritur ex non susceptione fidei Christianae absolute; in Judaeis ex non susceptione fidei in veritate manifestatae; in haereticis vero ex non susceptione fidei Evangelicae, ut ab Ecclesia proponitur.

IV. Quod si quis petat: unde haec nomina Paganus, Judaeus, & haereticus ortum habuerint. Respondeo, Paganum, dictum fuisse a Pagis: quia, ut notat Baronius ad diem 31. Januarii, a temporibus Imperatorum Christianorum, clausis, eorum legibus, Idolorum fanis, sacrificiis, veteribus, Gentilibus, ut Sacra sua secreto persolverent, pagos adibat, ibique clandestino cultu Deos suos colebant. Cujus signum esse potest, quod nec in divinis Scripturis, nec apud auctores Ethnicos, ante tempora Constantini, & Constantii filii huiusmodi vox in hoc sensu usitata reperitur. Dicit quoque potest, Paganos sic dictos fuisse, quia in villis, & pagis superstitiones suas exercere solebant: unde Cicero, l. 2. de Legibus, celebrata festa Paganalia dicit, & ferias paganicas memorat. Quare Haeretici, qui ad cultum Idolorum defecerant, in lucis, & antea sacrificia ritus persolvere solebant: & hoc non raro exprimit Scriptura, dum ait, eos sacrificasse in excelsis. Gentilium enim mos erat, pagi, aut villi partem Diis suis sacra facere, in qua eos colebant. Antiquissimum fuisse ritum, in re-memoribus locis Deos colere, ostendit S. August. ser. 6. de Verb. Dom. nunc serm. 62. cap. 11. ex illo Deuter. 7. v. 29. & cap. 12. v. 2. Cum data vobis fuerit terra in possessionem... aras eorum, inquit, destruetis, lucos eorum comminuetis, & omnes ritulos eorum confringetis. Deinde subdit, Multi Paganus habent istas abominabiles in funder suis. Properea Christiani, in Epist. ad Trajanum, queritur, quod ob cultum Christianae Religionis, non tantum in Civitatibus, sed & in vicis, & agris sacra Deorum sit intermissa.

Judaei nomen a Juda Patriarcha derivavit, cuius tribus, eo quod diutius Regnum obtinuerit, toti populo nomen dedit, ut docet S. Augustinus in Psalm. 75. Qui populus dicitur fuit quoque Hebraei, sive ab Abraham, velut Abraham; seu verius ab Heber uno ex progenitoribus Abraham: quasi Hebraeus. Ita D. August. 16. de Civit. Dei c. 11. & l. 2. Retra. c. 16. Haereticus, & Haereticus nomen ab haerendo dictum exillimo; eo quod significet animum contumaciter haerentem alicui errori in ea, quam profiteretur, Religione, contra id, quod Religio docet. Consonat S. Th. in 4. dist. 13. q. 2. art. 1. ubi docet, haereticum duo dicere, nempe, electionem privatam disciplinae, & pertinaciam: & ideo ei competit nomen haereticus, secundum quod latinum est ab haerendo dictum, quia sua opinioni vehementer adheret. Dicit etiam ibi, nomen haereticus graecum esse, & significare electionem: & quia in electione sit separatio unus ab alio, & divisio unius partis sit per recessum a toto; ideo haereticus dicit singulariter opinionem, praeter communem. Sic Arius haereticus est, quia filium, dicit, non esse

status. Nos autem, quibus est tantum beneficium exhibitum, magis tenemur credere, quam illi, qui fuerunt ante adventum Christi: tunc enim aliqui magis explicito, sicut Majoribus, & illi, quibus facta fuit aliquando revelatio specialis. Illi etiam, qui sub lege magis explicito, quam ante legem, quia data fuerunt eis aliqua sacramenta, quibus quasi per figuram representabatur Christus. Sed Gentiles, qui fuerunt salutaris, suffragantur eis, quod crederent, Deum esse remuneratorem, quae remuneratio non fit, nisi per Christum. Unde implicite creditur in Mediatorum. Hac D. Thom. Videri possunt ea quae supra diximus Quae. 2. Dub. 3. Si autem petas: quoniam fuit traditum praecipuum credendi, cum nullibi legatur, nisi in Paulo citato? — Respondeo, fuisse traditum ante omnem legis promulgationem. Primo. Adamo post lapsum; deinde post eius, vel per ipsius instructionem, vel per internam illustrationem. Unde Paulus citato loco ostendens, veteres Patres in fide testimonium consecutos esse, v. 4. incipit ab Abel, dicens: Eide plurimum hostiam Abel... per quam testimonium consecutus est esse iustus &c.

XII. Sed adhuc dices. Non est assignabile, quando obliget praecipuum credendi. — Respondeo, quoniamdam fuisse optionem, quod homo nullo unquam vite suae tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & charitatis, ex vi praecipuum divinorum ad eas virtutes pertinentium. Hanc tamen reprobavit Alexander VII. Pape. l. ex damnatis, die 24. Septembris 1665. Praecipuum ergo affirmativum credendi aliquando obligat per se, & ratione sui, aliquando ratione alterius virtutis. Per se obligat, primo. Cum quis pervenit ad usum rationis: tunc enim, ut cepit dicitur est, tenetur se convertere in Deum, quod sine actu fidei nequit fieri. Secundo. Cum primo et per minutis proponitur lex Evangelica. Tertia. Cum graviter contra fidem tentatur: aliique temporibus obligat, quotiescumque instat obligatio elicendi actum spei, & charitatis. Quando urget praecipuum fumendi Eucharistiam, & praesertim quando in periculo mortis datur per modum viatici: tunc enim legitime interrogatur, an credat? Similiter, cum quis vult justificari. Inter dispositiones enim requisitas ad justificationem a Tridentino, sess. 6. c. 6. tamquam radix, & fundamentum omnium numeratur fides.

XIII. In Calce huius quaestionis advero, non esse idem agere contra praecipuum fidei, & committere peccatum infidelitatis. Illud enim solum est peccatum infidelitatis, quod opponitur rationi formali fidei, eamque desitit: vel nolendo credere, quod fides dicitur, vel credendo oppositum. Quare qui verbo, vel fidei externo, non tamen ex animo, si dem negat, agit quidem contra praecipuum fidei de fidei exteriori hic & nunc consistenda, & non neganda: Infidelis tamen non est, nisi solum apparenter, sicut de D. Petro dictum est supra. Similiter quando Fidelis, urgente praecipuum fidei, omittit credere: Infidelis non est; & tamen agit contra praecipuum fidei. Pariter si quis sua culpa ignoret mysteria aliqua fidei necessaria credenda, violat praecipuum fidei, & peccat: quia tenetur scire ea, quae necessaria sunt ad salutem: & tamen Infidelis non est.

XIV. Sed dices. Quando quis tenetur facere actum iustitiae, & non facit, iniustus est. Quando quis tenetur ad temperantiam, & non se temperat, intemperans est: & quando tenetur actum charitatis facere, & non facit, amittit charitatem: ergo pariter, quando quis tenetur credere, & omittit, Infidelis est, & fidem amittit.

XV. Nego tamen conf. & discrimen est: quia qui non exercet iustitiam, quando tenetur, laedit se alterius; & sic motivo iustitiae se opponit, & iniustus fit. Similiter, quando qui tenetur, non temperat, sumit cibum, & potum contra regulas temperantiae: & sic intemperantiae peccatum committit. Qui etiam, cum tenetur, non diligit Deum, esto directe non contrarietur charitati (cui solum odium Dei directe contrariatur) indirecte tamen contrariatur ei, quatenus mortaliter peccat, & sic ab ultimo fine, & obiecto charitatis, qui est Deus, recedit. At qui quis, quando tenetur, omittit credere, non contrarietur motivo fidei: quia hoc non facit, quatenus repugnet, vel dubitet circa ea, quae fides dicit: sed quia, vel vult aliquid incompatible cum actu fidei: vel si directe velit non credere, hoc facit, quia in omissione talis actus sibi complacet, & delectatur.

XVI. Infidelis. Ergo similiter aliquis, facta sibi sufficienti fidei propositione, poterit fidem non acceptare, non dubitando, vel rebus fidei contradicendo; sed ex alio motivo, puta, ne amittat bona temporalia.

Respondeo. Quod vel is, cui fides proponitur, eam acceptat interiori, & solum omittit eam acceptare exteriori ob aliquo motivo: vel nec interiori eam acceptat, denegando etiam interiori assensum. Si solum primo modo, se habebit, sicut is, qui retenta interiori fide: eam exteriori prodere non audeat: sic non erit Infidelis, nisi exteriori. Si vero etiam secundo modo se gerat, negando interiori assensum, Infidelis erit, quocumque sine id faciat. Quia cum primum alicui Infideli Deus proponit credenda; Deus est, qui illi loquitur, & ab eo loquitur assensum: Deo autem non assensum, credendo ea, quae loquitur, est divinam auctoritatem, & veritati refragari, ac nolle in eius obsequium captivare intellectum. Quare est potest esse contemptus Dei Legislatoris: non tamen Dei loquentis, eiusque auctoritatis in dicendo.

esse ejusdem substantiae cum Patre, contra id, quod communiter Ecclesia sentit. Sed de hoc satis.

Solvuntur Objectiones.

V. Primo obijci potest. Atheismus est species infidelitatis: sed non paganismus, non judaismus, non haereticus; ergo species infidelitatis non sunt tantum tres, Min. prob. Atheismus non est infidelitas, nec haereticus: nam Judaeus, & haereticus suscipiunt fidem Christi, esto diverso modo; Atheus vero rejicit non solum fidem Christi, sed & fidem Dei. Neque est paganismus: nam Paganus omnem quidem Deum negat, Deum tamen admittit. Atheus autem non solum fidem, & revelationes Dei negat: sed etiam negat dari Deum.

VI. Respondeo, atheismus, comprehendit sub paganismus. Ad prob. in contrarium, dico, quod paganismus non constituitur per hoc, quod quis fidem Dei negat, & Deum admittit: hoc enim, esto in aliquibus Paganis invenitur, de materiali est: neque Paganismus per se exigit. Quod ergo per se Paganismum constituit, est non admittere fidem veri Dei: eumque hoc contingat, vel admittendo Deum, & negando fidem ejus: vel neque fidem Dei, neque ipsum Deum admittendo, ideo Paganismus atheismus comprehendit. Quare Divus Thomas 2. 2. quaest. 10. art. 5. dicit, quod infidelitas Paganorum est, quod renititur fidei nondum susceptae: renititur autem fidei nondum susceptae, tam qui admittit Deum, & fidem ejus negat, quam qui, & fidem, & Deum ipsum negat.

VII. Sed contra inquit. Qui admittit Christum in umbra, & negat eum in specie unitatis, est in specie infidelitatis distinctus ab infidelitate ejus, neque admittit Christum in umbra: nam iste est Paganus, ille Judaeus; ergo a pari, qui admittit Deum, & negat omnem ejus fidem, erit in specie infidelitatis distinctus ab infidelitate ejus, qui neque fidem Dei, neque Deum ipsum admittit. Quia sicut ille, negando Christum etiam in umbra, magis renititur Christo: ita iste, negando etiam Deum, magis renititur Deo.

VIII. Respondeo. neg. conf. & disparitas est. Quia qui admittit Christum in umbra, & negat eum in specie veritatis; magis elongatur a Christo in ratione formali fidei, quam ille, qui negat Christum etiam in umbra: nam fidei, quam falsam per umbras promittit, renititur, & contradicit. At qui negat Christum etiam in umbra, nunquam Christi fidem profusus est: sed ei semper relictus fuit: ideoque est infidelis diverso modo, ac ille. Qui vero admittit Deum, & negat fidem ejus, & qui tam Deum, quam fidem negat, eodem modo fidei contrariatur: quia neuter fidem Dei, quam tenetur suscipere, admittit: & solum unum materialiter magis elongatur a fide, quam alter. Sicut licet haereticus negans & Eucharistiam, & Incarnationem, magis elongetur a Christo, quam haereticus negans solum Eucharistiam, & admittens Incarnationem; quia tamen utraque convenit in contrarietate fidei manifestatae in veritate, quam in Baptismo professus est: ideo in eadem specie infidelitatis, nempe haereticus, uterque est.

IX. Secundo obijci solet. Si Judaeus, qui fidem Christi proficitur in umbris, ab hac fide recedat, & convertatur ad errores illi contrarios, erit haereticus; quia haereticus est, qui fidem, quam professus est, violat per errores illi contrarios: sed iste non renititur fidei susceptae in manifestatione veritatis: ergo male dicitur, haereticum esse, quod fidei in veritate manifestata renititur.

X. Respondeo. dist. maj. Erat haereticus, sumpta haereticitate, & generaliter, contra maj. Sumpta stricte, & specialiter, nego maj. Haereticus potest sumi dupliciter. Primo, late, & generaliter, ut dicit professionem erroris contrarii fidei Christi in specie, sive in umbra, sive in veritate. Secundo stricte, ut dicit professionem erroris contrarii cum reitentia fidei Christi jam in veritate susceptae. Primo modo haereticus dici possunt omnes, qui fidei Christi jam susceptae in aliquo renituntur; & hoc modo Judaeus ille erit haereticus: quemadmodum, & apud Judaeos, lege veteri adhuc durante, haereticus erat, nimirum Sadduceorum (Aet. 15. v. 12.) Pharisaeorum (Aet. 15. v. 5.) & Religio Christiana a Judaeis habebatur ut haereticus, teste Paulo, Aet. 24. vers. 14. qui coram Felice Praeside se purgans, ait: Confiteor autem hoc tibi, quod secundum sectam, quam dicunt haesim, sic deservio Deo Patri, & Deo meo, credens omnibus, quae in lege, & Prophetis scripta sunt. Secundo autem modo dicuntur haeretici soli Christiani, qui a fide Christi susceptae in manifestatione veritatis recedunt, ad errores illi contrarios deficientes.

XI. Sed dices. Haereticus responso cogit nos admittere duas species haereticus, nempe, unam Judaei, quae dicitur se opponere fidei Christi susceptae per umbras legis Moysae; alteram Christi susceptae per claritatem legis Evangelicae, eo modo, quo Judaeus differt specie ab haeretico, quia ille renititur fidei, quam suscepit in umbra; ista vero renititur fidei, quam suscepit in claritate.

XII. Respondeo. neg. sequelam. Nam haereticus Judaei in sua secta, & Christiani in sua Religione, convenit in ratione formali recessus a fide, quam uterque professus est: quare ratio non adest in judaismo, & haereticus specialiter dicit. Nam judaismus non dicitur talis, quia deserit legem, quam professus est: sed quia deserit legem Evangelicam, quam recusat profiteri. Haereticus autem baptizatus legem Evangelicam, quam professus est, recusat in integrum recipere: & ideo facta diversitas in ratione recessus a fide; & consequenter in specie infidelitatis.

XIII. Tertio obijci solet. Idem vitium specie est, quod contrariatur virtuti, puta temperantia, semel acquiritur; & nunquam suscipitur; ergo eadem est infidelitas opposita fidei, sive susceptae, sive non susceptae. Et sic haereticus, quae contrariatur fidei jam susceptae, non erit specie diversa a paganismus; qui contrariatur fidei nunquam habita.

XIV. Respondeo, neg. conf. Quamvis enim habuisse, vel non habuisse bonum, quod rejicitur, non simpliciter diversificet speciem: profectum tamen fuisse illud bonum, quod rejicitur, sicut variat rationem obiecti, ita variat speciem. Constat enim, esse specialem modum reitentiae, & impietatis reiectae, quod semel homo professus est, se recipere; ac si reiecte id, quod nunquam se recipere, professus est. Sicut alia species peccati contra castitatem est, quando eis homo professus est, & alia quando castitatem non est professus.

XV. Quarto obijci solet. Catechumenus, qui semel credit, & postea discedens a fide reveritur ad eandem sectam, in qua antea erat, non est haereticus: & tamen habet errorem contrarium fidei jam susceptae.

XVI. Respondent aliqui, eum forte pertinere ad eandem sectam, cui prius adhaerebat, nempe, ad paganismum, vel judaismum; non autem fore haereticum, quia nondum suscepit sacramentum fidei, nempe, Baptismum, in quo fit fidei professio. — Verius tamen crediderim, quod esto non foret haereticus coram Ecclesia, cui in Baptismo non se subdidit; neque propterea potest illum excommunicare, & punire ut haereticum: reverens tamen, & coram Deo esse haereticum, ejusque reversionem ad falsam sectam esse haereticam, quia defectio a fide jam suscepta. Quamvis enim professio visibilis fidei Baptismo requirit, suscipiente tamen fidei sum non requirit. Unde sicut Catechumenus, dum perseverat, est Fidelis; & Christianus coram Deo; & S. August. lib. 4. de Bapt. contra Donat. cap. 21. Catechumenus charitate flagrantem non solum haereticus baptizato, sed Catholicus baptizato, sed malo, a seipso: ita si deficiat, erit haereticus coram illo, quia reliquit fidem, quam coram eo susceperat.

Sed quid dicendum, si infans baptizetur, & renitatur inter Paganos, qui factus adultus proficitur errores eorum?

XVII. Respondeo, quod si ille veniens ad usum rationis, invincibiliter ignoret, se esse baptizatum, & repugnet Evangelio, erit Paganus: Er ratio est. Quia secundum conscientiam suam non peccat contra fidem, quam suscepit: sicut non peccat peccato adulterii, qui existimat invincibiliter, multum, cum qua peccat, esse solutam. Si vero sciat, se esse baptizatum, aut ignoret invincibiliter, quidam dicunt, eum fore haereticum; & ut talem ab Ecclesia puniri posse, si ad eam redire nolit: quidam fore Paganum, cum circumstantia apostasiae, de qua infra.

XVIII. Quinto obijci solet. Quod fides suscipitur in figura, sive in manifestatione veritatis, non variat speciem fidei: quia fides nostra, & fides antiquorum Patrum ejusdem speciei est: ergo quod aliquis renitatur fidei susceptae in figura, vel susceptae in manifestatione veritatis non variat speciem infidelitatis.

XIX. Respondeo, neg. conf. Quia vita pluribus modis contingunt, quam virtutes. Unde est ad eandem virtutem pertinere, non dare plus, aut minus, quam oportet: ad illud tamen vitium pertinet, dare plusquam oportet, ad aliud dire minus, quia est diversa oppositio ad rationem rectam. Sic diversa est infidelitas, quando est diversa oppositio ad rationem fidei.

Nec refert, quod hoc pacto videamur species infidelitatis distinguere per terminum a quo. Cum enim terminus a quo inducit diversam habitudinem ad terminum ad quem, ex illis finis iudicis sumenda est diversitas specierum; eo quod talis habitudo mutet rationem formalem obiecti. Sicut ergo alia est species fornicationis ejus, qui castitatem est professus, alia delictus ejus, qui nullo modo se recipere, professus est; quia diversi sunt modi reitentiae diversam malitiam, & oppositionem rationi rectam importantes.

XX. Sexto obijci solet. Mahumetanismus est quaedam species infidelitatis, non paganismus, non judaismus, non haereticus ut patet; ergo &c.

Respondeo, mahumetanismus esse reducendum ad paganismum. Nam esto aliquid susceperit de lege Moysae, & aliquid de Evangelica, neutram tamen simpliciter proficitur. Unde cap. Quam sit laudabile. Et cap. Ex specialit. Th. de Judaeis, & Saracenis nomine Paganorum veniunt Mahumetani, & Saraceni.

Aliqua Quaestio.

XXI. Quaesitio primo. An infidelitas Judaeorum, qui olim habuerunt veram fidem & tamen quando Christus venit in Mundum, nolentes eum recipere, amiserunt illam; sit ejusdem speciei cum infidelitate Judaeorum, qui modo sunt, quique nunquam veram fidem habuerunt? Er ratio dubitanda est. Quia hi, qui modo sunt, nunquam veram fidem habuerunt: ideoque judaismi dicitur: ideoque judaismi dicitur eis non convertentibus.

XXII. Respondeo tamen, Judaeos qui modo sunt, suscipere fidem Christi in figura; quantum ad sui confirmationem; existimant enim, adhuc umbras, & figuras durare. Sed cum tenentur, manifestata veritate, Christum recipere; & credere jam venisse, & nolint, peccant peccato infidelitatis ejusdem

ejusdem rationis, ac si revera fidem Christi in figura recepissent. Sicut ejusdem speciei peccatum est, dehonore Regem, qui vere sit Rex; & dehonore Regem, quem aliquis existimat, quod sit Rex, licet Rex non sit; nam ultimatio facit rationem objecti, quantum ad speciem peccati. Quod ex eo constat: quia idem est motus retinentis in istis Judicis, qui modo sunt, ac sicut in parentibus illorum, qui veram fidem olim habuerunt.

XXIII. Quæres secundo: An filii Hæreticorum, qui nunquam habuerunt veram fidem, & habent eisdem errores cum suis parentibus; peccent peccato ejusdem speciei, nempe hæreticis cum peccato illius, qui prius Catholicus, postea reliquit veram fidem? Et ratio dubitandi est, Quia filii hæreticorum nunquam veram fidem susceperunt.

XXIV. Respondet, quod filii hæreticorum, cum sit baptizati, veram fidem in Baptismo susceperunt; quia baptismi susceptio est susceptio vere fidei Evangelicæ. Et etiam, quia licet veram fidem recipiant ex parte finis, dum intendunt Christo assentire, deficient tamen in eligendo ea, quibus Christo assentiant. Quare D. Thom. 2. 2. qu. 11. art. 1. A resistunt ergo (inquit) fidei Christiana dupliciter: quia possit deviare. Uno modo, quia ipsa Christo non vult assentire: & hic habet quasi malam voluntatem circa ipsum finem. Et hoc pertinet ad speciem infidelitatis Paganorum, & Judæorum. Alio modo, per hoc, quod intendit quidem Christo assentire, sed deficit in eligendo ea, quibus Christo assentiat; quia non eligit ea, quæ sunt vere a Christo tradita, sed ea, quæ sibi propria mens suggerit. Quæ notanda sunt.

XXV. Quæres tertio: Quamnam ex præfatis tribus speciebus infidelitatis sit ætatis gravior.

Respondet cum S. Thom. hac qu. 10. art. 6. quod infidelitas potest considerari, & ex parte contradictionis ad fidem, & ex parte conversionis ad errorem proprium illius infidelitatis. Ex parte primi, gravior peccat, qui renititur fidei susceptio; quam qui renititur fidei nondum susceptæ: Sicut gravior peccat, qui non implet, quod promissit, quam si non implet, quod nunquam promissit. Et secundum hoc infidelitatis hæreticorum, qui profitentur fidem Evangelicam, & ei renitentur eam corruptam, gravior est peccatum, quam Judæorum, qui fidem Evangelicam nunquam susceperunt. Sed quia susceperunt ejus signum in veteri lege, quam male interpretantes corruptam: ideo etiam eorum infidelitas est gravior peccatum, quam infidelitas Gentilium, qui nullo modo fidem Evangelicam susceperunt.

Ex parte vero secundi, nempe, corruptionis eorum, quæ ad fidem pertinent: Cum in pluribus errant Gentiles, quam Judæi, & Judæi, quam hæretici; gravior est infidelitas Gentilium, quam Judæorum, & Judæorum, quam Hæreticorum: nisi forte quorundam, puta Manichæorum, qui etiam circa credibilitate plus errant, quam Gentiles.

Harum tamen duarum gravitatum prima præponderat secunda, quantum ad rationem culpæ. Ratio enim culpæ in infidelitate, quæ major est, quæ major est remissio fidei. Cum ergo major sit remissio fidei in eo, qui suscipit fidem, quam in eo, qui non suscipit fidem susceptam (hoc enim videtur magis ad rationem peccati pertinere.) ideo hæretici, quæ ex natura sua magis renititur fidei, quam paganismus, aut judaismus (nisi forte circumstantia apostasie graventur) simpliciter loquendo omnino infidelitatem est pessima. Cum (ut ait August. lib. 21. de Civit. Dei cap. 25.) peior utique sit deservit fidei, & se deservit oppugnavit ejus effugit, quam ille, qui non deservit, quam nunquam tenuit.

DUBIUM VI.

Ad quam Speciem Infidelitatis pertinet Antichristianismus? & Apostasia a Fide.

S. I.

De Antichristianismo.

Quidam dicunt, antichristianismum vere futurum judaismum: nam Antichristus Judæus erit de tribu Dan, & admittet veteri Testamentum, ejusque promissiones de vero Messia. Sed hoc apparet difficile. Nam judaismus consistit in admittendo Christum in umbra, & negando, eum venisse in specie veritatis, venisse, & errabit in hoc, quod seipsum, & non Christum, prædicabit esse verum Messiam.

II. Alii propterea dicunt, antichristianismum fore atheismum. Quia Antichristus omnem fidem, scilicet, Religionem, verum Deum, Deoque falsos persecutur, & felicitatem in sui imperii dilatatione constituit. Sed contra hoc est, quia Daniel. 11. ver. 38. dicitur, quod adorabit Deum Mæxim, & Deum, quem ignoraverunt patres ejus; colat auro, & argenteo. Quæ de Antichristo in typo dicta esse, intelligit S. Hieronymus ibi.

III. Alii dicunt, antichristianismum fore hæresim. Antichristus enim totus erit in affirmando adventum Christi promissum: sed erit hæreticus quia hæc de seipso annuntiabit, falsisque miraculis confirmabit: eo modo, quo Christus adventum suum miraculis veris obfignavit: ea ratione, qua Simon Magus, Manes, & alii esse Christum asseruerunt, qui tamen inter hæreticos recenterunt. Sed hoc etiam videtur falsum. Quia hæreticus proprie est, qui a fide Christi, quam semel in veritate suscepit, pertinaciter recedit; ut Simon Magus, Manes &c. fecerunt. Sed Antichristus fidem Christi nunquam suscipiet, sed potius Christum blasphemabit ut se Christum assereret: ergo &c.

IV. Quapropter alius melius videtur, infidelitatem Antichristi futuram paganismum. Etenim is est Paganus, qui veram Christi fidem, neque in umbra, neque in veritate suscipit: talis autem erit Antichristus, qui contra omnem verum Deum cultum dimicabit: & quamvis omnia idola destruat, ritusque, ac caeremonias sit destruxerit, hoc faciet, ut ipse solus Deus habeatur in terra. Ita Irenæus lib. 5. contra Hæres. cap. 25. Diabolicam (inquit) Apostasiam in se recipiant, & idola quidem seponant, ad Judicandum, quod ipse sit Deus; se autem excolunt unum idolum, habens in semetipso reliquorum idolorum varium errorem. Idem Chrysolomus 2. ad Theosal. cap. 2. Videatur Malvenda nostra lib. 2. de Antichristo cap. 3.

V. Sed contra hoc est. Primo. Infidelitas Antichristi erit pessima omnium, quam usque modo homines habuerunt, & hæbituri sunt: at, ut dictum est, infidelitas omnium pessima non est paganismus, sed hæresis; ergo &c.

Secundo. Supra diximus, ex Daniele, Antichristum adoraturum idolum Mæxim; ergo falsum est, eum omnia idola destrucurum.

Tertio. Antichristus admittet omnes prophetias Veteris Testamenti, & ex illis prohibet, seipsum esse Christum: unde solum erant in persona; ergo erit hæreticus, sicut hæreticus fuit Simon Magus, Manes &c.

VI. Respondet, ad primum, dico, antichristianismum fore infidelitatem omnium pessimam: non culumque generis; sed omnium in genere suo, ob innumerat circumstantias, quibus illam suis auctor aggravabit. Erunt omnium malorum, qui fuerint, sunt, & erunt; pessimus: contra Deum; & Christum blasphemus; qui si omnem alium Deum everteret, hoc faciet, ut se solum tamquam Deum adorari faciat. Quem Paulus 2. Theosal. 2. ver. 9. ita describit: Cujus est adventus secundum operationem Satanae, in omni virtute, & signis, & prodigiis magnis; & in omni sollicitudine iniquitatis.

Ad secundum dico; vel quod Deus Mæxim, quem scribit Daniel, fore adoratum Antichristum, sit ipsemet Antichristus, cum significet Deum robustum, & fortem, quem Antichristus offendet. Vel quod initio quidem fuit tyrannidis adorandum proponet Deum Mæxim, ut animo hominum præparet ad adorationem sui ipsius: sed hæc obventia idolum Mæxim, & omnia alia destruet; ut solus ipse per Deo adoretur.

Ad tertium nego, quod Antichristus in veritate sit admittitur Veteri Testamentum; simulabit quidem se admittere, ut miseris Judæos seducat: Errabit etiam circa Christum: sed quia Christum nunquam suscipiet, non erit hæreticus; ut fuerit Simon, Manes, & alii, qui circa Christi Personam erraverunt. Christum tamen possit habere.

S. II.

De Apostasia a Fide.

VII. Apostasia (inquit S. Thom. 2. 2. qu. 18. art. 1. impetret retrocessionem quamdam a Deo. Quæ quidem dicitur versimile sit, secundum diversos modos, quibus homo Deo conjugatur. Primo namque conjugatur homo Deo per fidem. Secundo per habitum, & subiectam voluntatem ad obedientiam præceptis ejus. Tertio, per aliquam specialia ad subversionem pertinencia, sicut per Religionem, & Clericatum, vel Sacrum Ordinem. Idcirco tribus modis contingit, aliquem apostatari a Deo. Primo: Retrocedendo a Religione, quam professus est, vel ab Ordine, quem suscipit: & hæc dicitur apostasia Religionis, seu Ordinis. Secundo: retrocedendo a Deo per ipsam repugnantiam divinis mandatis. Qui autem hoc duplici modo apostatari a Deo, adhuc illi manere possent conjunctus per fidem. Tertio modo contingit, hominem retrocedere a Deo, descendendo a fide, repugnando eis, quæ ipse revelavit; & hoc modo a Deo omnino retroceditur: Ideoque apostasia simpliciter talis est: per quam aliquis descendit a fide, quæ vocatur apostasia perfecta. Et secundum hunc modum apostasia simpliciter dicitur ad infidelitatem pertinere. De hæc ergo quæretur intendimus, ad quam speciem infidelitatis pertinet: de apostasia primo modo dicturi sequenti Dubio.

VIII. Apostasia ergo in communi definitur potest: quod fit retrocessio a bono, in quo homo tenetur perseverare, vel ex præcepto, vel solemniter, vel professione. Ex quibus patet, quod a malo non datur apostasia, sed tantum a bono; & a bono, quod cadit sub obligatione, & præcepto. Ponitur etiam a solemniter voto; quia retrocedere a simplici voto castitatis, vel ordinis, sive religionis non est apostasia.

IX. Noto etiam: quod licet recessus ab obedientia Dei, per violationem divinorum mandatorum, dicatur a Div. Thom. & Sacris Literis apostasia, Proverb. 6. ver. 12. Homo apostasia vir iniquis graditur vix peruersus; & Ecclesiastici 10. ver. 14. Iniquus superbia hominis, apostasare a Deo: apud Theologos tamen nomen apostasie solum significat retrocessionem; vel a fide vel a religione, vel ab ordine. His suppositis.

Ad quæsitum quidam dicunt, apostasiam a fide reduci ad infidelitatem hæresis; quia Apostasia, & hæresis idem solum accidentaliter penes magis, & minus. Ita Bannez, Sylvius, Ferre, & alii etiam ex nostris. Attamen.

X. Dico. Apostasiam a fide non pertinere ad aliquam determinatam speciem infidelitatis: sed esse circumstantiam quædam percurrentem, & aggravantem omnes species infidelitatis. Ita sentit Div. Thomas hic ad secundum, expresse dicens: Apostasia non importat determinatam speciem infidelitatis, sed quædam circumstantiam aggravantem, secundum illud Petri 2. Melius, erat ei, veritatem non cognoscere, quam post cognitum retroire: At si Apostasia esset in specie hæresis diceretur.

minutam speciem infidelitatis importaret, nempe, hæresis; ergo &c.

Ratio autem D. Th. citato loco est hæc: Apostasia respicit infidelitatem, ut terminum, ad quem est motus recedentis a fide. Ita ut fidem respiciat, tamquam terminum, a quo recedit, infidelitatem autem ut terminum, ad quem accedit: quod recedit, infidelitatem non a termino, a quo recedit, sed a termino, ad quem accedit: unde motus ad albedinum idem specie est, sive fiat ex nigro, sive ex non albo; ergo motus ad infidelitatem ejusdem speciei erit, sive fiat ex fidei, sive non fidei. Et sic accessus ad paganismum ejusdem speciei erit, sive fiat ex Christiano, sive ex non Christiano: gravior tamen peccabit, si ex Christiano fiat Paganus, quam si fiat ex non Christiano, ut superius ex D. Petro dictum est.

XI. Confirmatur, ut docet D. Thom. hic qu. 11. a. 1. Ille est hæreticus, qui intendit, adhuc Christo adherere, errat tamen in eligendo; quia non eligit ea, quæ Christus proponit credenda: sed apostata non intendit, Christo amplius assentire: unde habet malam voluntatem, non solum circa media, sed etiam circa finem: & hoc pertinet ad speciem infidelitatis Paganorum, & Judæorum; ergo &c.

XII. Secundo probatur. Apostasia, qua quis defecit a fide ad paganismum, qualis fuit illa Juliani apostasie, & Christianorum, qui deficiunt ad mahumetianismum, vel judaismum non est proprie hæresis, sed paganismus, vel judaismus, & aggravans tamen circumstantia apostasie paganismum, vel judaismum; ergo &c. Ante prob. Hæreticus, ut sit talis debet judicare, legem Evangelicam esse suscipiendam, & retinendam, licet errat in judicando, quod secundum legem Evangelicam sit suscipiendum; quia proprio judicio vult regi, non iudicio Ecclesiæ: sed apostata a fide ad paganismum, vel judaismum judicat potius, legem Evangelicam non esse suscipiendam, & retinendam; ergo &c.

XIII. Confirmatur, si hæreticus, aut Judæus defecit ad paganismum erit formaliter Paganus; ergo si Catholicus, abjecta profus Christi fide, defecit ad paganismum, cur non erit formaliter Paganus?

XIV. Hinc, ut notat Sylvester Verbo hæresis qu. 2. n. 4. Ut quis sit hæreticus, requiritur, ut aliquam veritatem Christianam fidei fateatur: alioquin si nullam fateatur, proprie loquendo magis erit apostata, quam hæreticus, sicut fuit Julianus Imperator: large tamen dici potest hæreticus, & gravior hæretico puniendus. Et in hoc sensu non negabimus, dici posse hæreticum large: & quoad penas, & juris ætimationem puniendum ab Ecclesiæ apostatam, sicut, & magis, quam hæreticum.

XV. Colligitur ex dictis primo: non omnem apostatam a fide esse proprie hæreticum, sed infidelem ad infidelitatem, ad quam defecit; unde si ad paganismum defecit, erit Paganus, si ad judaismum, Judæus. Secundo colligitur: non omnem hæreticum esse apostatam. Si enim hæreticus sit, qui qui nunquam Catholicam fidem fuerit professus, ut ille, qui natus, & nutritus inter hæreticos, antequam baptizetur, eorum errores sequitur. Quare qualibet species infidelitatis potest esse conjuncta cum apostasia; non tamen necessario, & semper cum ea conjugatur: sed solum quando ad illam homo defecit retrocedens a vera, & Catholica fide Christi.

Quando autem infidelitas est conjuncta cum apostasia, notabiliter aggravatur: sic, ut qui iterum redit ad fidem, debet illam aperire. Propter quod peior est paganismus, aut judaismus ejus, qui a vera fide ad illum defecit; quam ejus, qui in paganismum, aut judaismum natus, semper in illo fuit.

XVI. Sed contra argues primo. S. Th. hac qu. 10. a. 5. docet, hæresim in hoc consistere, quod quis renititur fidei susceptæ in claritate Evangelii: sed apostata a fide renititur fidei jam susceptæ; ergo apostata a fide non differt ab hæresi.

XVII. Respondet, dicit, maj. Retinendo bonam voluntatem circa finem legis Evangelicæ, qui est Christus, conc. maj. totaliter Christum, ejusque legem dimittendo, nego maj. Ut enim dixi ex S. Th. 2. 2. qu. 11. art. 1. A resistunt fidei Christiana dupliciter: quia possit deviare. Uno modo, quia ipsa Christo non vult assentire; & hic habet quasi malam voluntatem circa ipsum finem: & hoc pertinet ad speciem infidelitatis Paganorum, & Judæorum. Alio modo, per hoc, quod intendit quidem Christo assentire, sed deficit in eligendo ea, quibus Christo assentiat: quia non eligit ea, quæ sunt vere a Christo tradita, sed ea, quæ sibi propria mens suggerit. Et ideo hæresis est infidelitatis speciei pertinet ad eos, qui fidem Christi profitentur, sed ejus dogmata corrumpunt. Cum ergo Apostata a fide totaliter fidem Christi defecit, & erret, non solum circa media, sed circa finem; totaliter enim a Christo retrocedit, nec amplius esse fidem profiteri ullo modo velit: hæreticus dici non potest, sed vel Paganus, vel Judæus.

XVIII. Argues secundo. Hæresis est error cum pertinacia contra fidem in claritate sumptam: sed hujusmodi est Apostasia; ergo &c.

Confirmatur. Relinqueret unam articulum, duos, tres &c. constituit hominem hæreticum; ergo relinqueret omnes constituit maxime hæreticum. Sicut si una res ablata invito Domino constituit hominem furem; ablato omnium rerum ejusdem, constituit eum maxime furem.

Respondet, dicit, maj. Contra fidem, Christum retinendo, conc. maj. Christum totaliter dimittendo, nego, maj. Hujusmodi autem est apostasia a fide. Unde non est specialis error, sed circumstantia erroris, ad quem homo apostatando declinat.

XX. Ad Confirmationem, nego, conf. Quia quando omnes articuli fidei derelinquuntur, non manet amplius ratio formalis Theol. Tom. II.

lis objecti hæresis; quæ est, quod esto fides derelinquatur quoad aliqua, judicetur tamen, quoad alia esse tendentia.

XIX. Argues tertio. Ratio formalis paganismi est remissio fidei nunquam susceptæ, nec in umbra, nec in veritate: sed hoc non verificatur in eo, qui a fide ad paganismum defecit: ergo &c.

Rursus: licet in paganismum varie sectæ, varique errores sint, unus tamen paganismus est, quia omnes conveniunt in hoc, quod contradicant fidei non susceptæ; ergo licet varii sint errores, ad quos convertitur apostasia, unam tamen speciem est, quia in omnibus eadem est contradictio fidei susceptæ.

XXII. Respondet, nego, min. Qui enim a fide retrocedit ad paganismum, taliter fidei contradicit, ut judicet, illam neque in umbra, neque in veritate esse suscipiendam.

XXIII. Ad id, quod addit, nego, conf. Quia apostasia non semper eodem modo contradicit fidei. Nam si fiat ad paganismum, contradicit fidei, nullo modo retinendo illam: si fiat ad judaismum, contradicere fidei, eam retinendo in umbra, sed adificando eam in veritate. Paganismus autem in omnibus suis erroribus eodem modo contradicit fidei; eam scilicet nullo modo suscipiendam, & ideo ejusdem speciei est. Apostasia autem per omnes infidelitatis species divagatur: ut circumstantia illas aggravans.

DUBIUM VII.

Quid sit Apostasia a Religione, & ab Ordine, & quomodo contingat.

S. I.

De Apostasia a Religione.

ETSI institutum nostrum sit agere tantum de apostasia a fide, quæ sola ad infidelitatem spectat: quia tamen S. Thomas hic qu. 12. a. 1. de apostasia a Religione, & Ordine meminit, non abs re erit aliquid etiam de istis dicere.

II. Apostasia ergo a religione (quæ ex dictis est: Retrocessio a Religione, quam quis solemniter professus est) contingit, cum quis dimittit statum Religiosi, quem solemniter professus est, animo nunquam ad illum redeundi. Dico, quem solemniter professus est. Nam si aliquis, vel aliqua dimittat statum Religiosi, quem solo voto simpliciter professus esset, ut fuit Tertiaris, vel Tertiarius, peccaret quidem mortaliter, sed non esset apostata.

Dixi etiam, apostatam esse, qui dimittit statum Religiosum. Nam qui sine licentia sui Prelati recedit a Religione cum animo non redeundi umquam, cum habitu non dimittat, nec animum habeat habitum dimittendi; adhuc tamen apostata censendus est. Ita Cajetanus, Sylvester &c. Et ratio est. Quia retrocedit a Religione approbata, quam est professus. Et sicut Monachus non facit habitum, sed Monastica vitæ professio: sine apostatam reddit a Monastica professione recedens, etiam si retineatur habitus. Parum ergo ad apostatam referret, sine habitu dimittit, an non: quamvis enim ejus dimissio sit vehemens indicium apostasie, potest aliquis habitum dimittere, & non esse vere apostata, potest etiam esse apostata, licet non dimittat habitum. Verum namque a Religione apostatam facit recessus a Religione approbata, quam quis solemniter professus est, cum animo illam dimittendi; seu ad eam non redeundi; sive habitum dimittat, sive retineat: sicut apostatam a fide facit retrocessio a fide, quam quis professus est, cum animo eam profus dimittendi, sive habitum protelativum sectæ, ad quam defecit, assumat: sive non.

III. An autem apostata, qui Religionem deserit, habitum tamen non dimittit, sit ipso jure excommunicatus, stando in jure communi; affirmant aliqui: communis tamen, & verius negant ceteri. Quia caput: De periculo, tit. Na Clerici, vel Monachi in 6. non alios Religiosos excommunicatos declarat, nisi eos, qui habitum suæ Religionis temere dimittunt; neque produci potest aliud jus. Cum ergo iuxta regulam juris in sexto, poena non sit amplianda; de restringende, non est extendenda præfati cap. poena ultra tenorem verborum. Maxime quia Paulus IV. in Bulla, anno 1578. contra Apostatas dicit, jubens eos ad Monasterium redire, addit, quod si fuerint inobedientes: Sine etiam auctoritate nostrâ majoris excommunicationis sententia innodati. Quibus indicare videtur, ante illam inobedientiam non esse excommunicatos ipso facto. Ita sentiunt Cajetanus, verbo Apostasia, Banez hic. Aliique exteri.

IV. De his vero, qui temere dimittunt habitum suæ Religionis, cum animo tamen redeundi ad eam dicendum est, eos esse in jure de facto excommunicatos, ex Cap. Ut periculosus citato: non esse tamen apostatas in rigore; quia non recedit ab essentiali statu Religiosi, nptote habens animum redeundi. Qualis autem sit dimissio temeraria habitus Religiosi, examinare præfatis loci non est. Videatur Cajetanus in summa, verb. Excommunicatio, & Banez 2. 2. quæst. 11. art. 1. Dub. 2.

V. Superest quærendum de eo, qui dimittit habitum suæ Religionis, ut transeat ad aliam Religionem, sive stricte, sive laxiore abfque debita licentia. Confessus Cajetanus, Sylvester, & Banez, hunc non esse apostatam. Nam, ut ait Cajetanus ad hunc art. Cum apostasia a Religione sit retrocessio a Religione, & aliud sit retrocedere a Religione, aliud retrocedere ab hac Religione: consequens, quod si quis a sua Religione retrocedat, in aliam laxiorem intrans, non fit apostata a Religione; ac per hoc non incurrit poenam contra apostatas statutam. Quamvis si ab ordine Mendicantium ad aliquam Monachalem.

obscure Religionem, praterquam Carusensem, transire abique...

S. II.

De Apostasia ab Ordine.

VI. Apostasia ab ordine est retrocessio a statu Ordinis...

VII. Ut tamen retrocessio ab Ordine constituit apostasiam...

VIII. Si autem quis propria auctoritate retrocederet ab Ordine...

Rursus: qui sicut contra votum solemne, mortaliter peccat...

IX. Variis etiam poenis muldantur in iure apostatae ab Ordine...

X. Sed quare; Retrocessio ab Ordinibus minoribus, est...

Suppono primo: retrocedere ab Ordinibus minoribus, ex...

Suppono secundo: retrocessionem ab Ordinibus, vel a tonsura...

XI. Dico. Neutro modo peccare eum, qui uno ex praefatis...

XII. Circa dimissionem habitus, vel tonsurae clericalis...

ta a Canonibus dicuntur. Nos paucis absolvemus. Et quia...

XIII. Dico primo. Qui est minoribus initiatus, si deserat...

XIV. Dico secundo. Qui est minoribus initiatus, non tamen...

XV. Sed inquit. Cur si Clericus potest absque peccato...

Respondet, rationem esse: quia iura Ecclesiastica concedunt...

XVI. Dico tertio. Qui est minoribus initiatus, si habeat...

XVII. De eo autem, qui est initiatus Sacro Ordine, maior...

XVIII. Censeo. Quod si Clericus in sacris constitutus ita...

Hec tamen Resolutio cum duplici limitatione accipienda...

XIX. Posterior autem pars suaderi potest. Nam qui signo...

XX. Si vero animo vagandi, & occultandi personam, ut...

XXI. Hec saeculo tertio S. Cyprianus scripsit, & sensu occa-

in hoc videtur eadem ratio de Clerico in Sacris constituto...

QUESTIO II.

De Schismate.

Infidelitati proximum est schisma, Propterea quoniam de...

DUBIUM I.

Quid sit schisma.

S. I.

Quadam praevaricatur.

Schisma, origine nomen graecum, generaliter significat...

Ex usu tamen Ecclesie Schisma est diffectio, qua quis se...

Idem autem in moribus id est, quod est intentum, est...

Idem autem in moribus id est, quod est intentum, est...

Idem autem in moribus id est, quod est intentum, est...

Idem autem in moribus id est, quod est intentum, est...

Idem autem in moribus id est, quod est intentum, est...

Idem autem in moribus id est, quod est intentum, est...

Idem autem in moribus id est, quod est intentum, est...

clesiam invexerat contra Cornelium legitimum Romanae...

IV. Tribus ergo modis contingere potest schisma, videlicet...

V. Secundo. Schisma accidere potest, si quis separet se...

VI. Tertio modo accidit schisma, quando quis expressa...

S. II.

Resolvitur Dubium.

VII. Dico primo. Schisma est speciale peccatum ab haeresi...

VIII. Noto tamen: quod licet omne peccatum mortale...

IX. Noto etiam: quod licet unitas, & colligatio membro-